



**CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni.
Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que
diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia
colit ac veneratur.||**

Merlin, Jacques

Coloniae, 1530

VD16 M 4842

Decreta Anacleti papæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72934)

Decreta Anacleti pape

Dilectissimis fratribus & condiscipulis Hierosolymis cum Charissimo fratre Iacobo coepo habitantibus. Clemēs epūs cōis vita frēs oibus necessaria est, & maxime his q̄ deo irrephensibiliter militare cupiunt, & vitā Apostolorū eorūq̄ discipulorū imitari volunt. Cōmunis em̄ vsus oīm quā sunt in hoc mundo oibus esse hominibus debuit, sed p̄ iniquitatē alius hoc suū esse dixit, & alius istud, & sic inter mortales facta diuisio est. Deniq̄ Græcorū quidē sapiētissimus hęc ita sciēs esse, ait, cōmunia debere eē amico rum oīa. In oibus autē sunt sine dubio & coniuges. Et sicut non pōt (inqt) diuidi aer neq̄ splē dor solis, ita nec reliqua quā cōiter in hoc mundo oibus data sunt ad habēdum diuidi debere, sed habēda esse cōmunia. Vnde & dñs p̄ pphetam loquit̄, dicēs: Ecce quā bonum, & quā iocundum, habitare frēs in vnum, & reliqua. Istius em̄ consuetudinis more retēto, etiā Apostoli eorumq̄ discipuli (vt p̄dictum est) vna nobiscū & vobiscū cōmunē vitā duxere, vnde (vt bene nostis) erat multitudinis eorū cor vnū & aīa vna, nec q̄squā eorū aut nostrū de his quē possidebat aliqd suum eē dicebat, sed oīa illis & nobis erāt cōia, nec q̄squā egēs erat inter nos. Omnes autē q̄ domos vel agros possidebāt vendebāt eos, & p̄cia eorū & reliquas res quas habebāt, afferebāt ponētes ante pedes Apostolorū, sicut nobiscū quidā vīm cognouerunt & viderūt & diuidebat singulis, p̄ vt cuiq̄ opus erat. Ananias autē vir austerus, & zaphira vxor eius qui mentiti sunt Aplis de p̄cio agrorū suorū quos vēdiderāt nobis p̄tibus in conspectu omni um aītātium, à conspectu Apostolorū p̄pter p̄ctm̄ eorū, & mendacium quod fecerunt, mortui delati sunt ambo. Cætera quā de talibus cognouimus & vidimus, nec recordatōe, nec demonstratione digna sunt. Quapropter hęc vobis cauenda mandamus, & doctrinis & exemplis Apostolorū obedire præcipimus, quia hi q̄ mandata eorū postponunt, non solum rei, sed extorres fiunt. Quæ non solum nobis cauenda, sed omnibus prædicanda sunt.

CRelatū est etiā qd̄ quidā in vris partibus commorātes, aduersant̄ sanis doctrinis, & put eis videf̄ nō scdm̄ traditiōē p̄fis, sed iuxta se nsum suū docere vident̄. Multas em̄ quidā vt audiū mus n̄ray partiū scdm̄ ingeniū hoīm ex his quæ legunt, veri similitudines capiunt, & ideo diligēter obseruādum est, vt & lex dei cū legit, non scdm̄ priam ingeniū intelligētā legat̄ vel doceat, sunt em̄ multa verba in scripturis diuinis q̄ possunt trahi ad eū sensum quē sibi vnusq̄sq̄ sponte p̄sumpsit, sed fieri nō oportet, non em̄ sensum quē extrinsecus attuleritis alienū, & extraneū debetis quærere, aut quō ip̄m ex scripturaȳ autoritate cōfirmare, sed ex ipsis scripturis sensum capere veritatis. Et ideo oportet ab eo intelligētā discere scripturaȳ q̄ eā à maiori bus scdm̄ veritatē sibi traditā seruat, vt & ip̄e possit ea q̄ recte suscepit cōpetētē asserere. Cū em̄ ex diuinis scripturis integrā q̄s & firmā regulā veritatis suscepit, absurdū nō erit, si aliqd etiā ex eruditōe ac liberalib⁹ cōe studijs quæ forte in pueritia attigit ad assertionē veri dogmatis cōferat, ita tm̄ vt vbi vera didicit, falsā & simulata declinet. Incertū est em̄ etiā iuuenibus vitæ t̄ps, senibus autē iam nec incertū est: nō em̄ dubitat̄ qd̄ quātūcūq̄ est qd̄ putat̄ supeffe breue sit. Et ideo tā iuuenes q̄ senes oportet de cōuersione & p̄nitētā valde eē sollicitos, & satis agere vt de reliquo ornēt aīam suā ornāmētis dignissimis, id ē dogmatibus veritatis de core pudicitia, splēdore iustitiæ, cādore pietatis, alijsq̄ oibus, quibus comptā decet eē rōnabilē mentē. Vnde cōsiliū dātes vestrā pudicā prudentiā hortamur, vt ab apostolicis regulis nō recedatis, sed cōem vitā ducētes & scripturas sanctas recte intelligētes, quæ dño voluistis adimplere fatagatis, & cū ofone assidua dei grām obtinere merueritis. Tunc sine suspitōe mali interitus, vota possint celebrari festiua, Deus autē pacis sit cum omnibus vobis, Amen.

Incipiunt decreta Anacleti pape. de oppressione

eporū, & de accusatōe eporū, & de ordinatōe archiepōrū, & de primatibus,

& de patriarchis eorumq̄ ministris,

D Hic fuit
anno chri
104 tēpo
re Traia
ni impera
toris



NACLETVS seruus Christi Iesu in sede Apostolica Domino seruiēs, ep̄is omnibus, & cæteris cunctis fidelibus qui corā qualē nobiscum sortiti sunt fidē, gratia vobis & pax, atq̄ consolatio multipli cet̄ à Domino in secula. Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi q̄ scdm̄ magnam misericordiam suam regenerauit nos in spem viuam p̄ resurrectionē Iesu Christi, ex mortuis in hæreditatē incorruptibilē, & incontaminatā, & immarcessibilem conseruatā in cœlis in vobis, qui in virtute dei custodimini p̄ fidē in salutē paratā reuelari in tēpore nouissimo, in quo exultabitis modicum nunc si oportet contristari in varijs tribulationibus, vt probatio vestræ fidei multo p̄ciosior sit auro, qd̄ p̄ ignē probat̄, si tm̄ tribulatiōibus experti p̄bati inueniamini, **Patiētes**

Patientes estote dilectissimi, quia patientia probatione operatur, probatio vero spem, spes autem non confundit. Ecce agricola expectat pretiosum fructum terrae, patienter ferens, donec accipiat temporaneum & ferotinum. Si agricola haec patienter ferunt pro temporalibus fructibus, quanto magis vos pro aeternis patientes esse debetis. Estote ergo patientes, & confirmate corda vestra, ut adueniente iudice Christo, laeti & probati esse valeatis. Nolite in gemiscere in alterutrum, ut non iudicemini. Ecce iudex ante ianuam assistit. Exemplum accipite charissimi laboris & patientiae prophetas, qui locuti in nomine domini sunt. En beatificamus qui sustinuerunt, sufferentiam Iob audistis, & sine domini vidistis, quoniam misericors & miserator dominus est. Tribulationes vestras audiuimus fratres tam per nos quam & per aliorum apocryphos, super quibus valde dolemus, vobisque copatimur, & auxilium ferre, pro ut ipse largitus fuerit qui pro nobis non solum tribulatus, sed etiam passus est, parati sumus. Nolite mirari charissimi qui persecuciones patimini, quasi noui vobis aliquid contingat, sed concitantes Christi passi onibus gaudete, ut in reuelatione gloriae eius gaudeatis exultantes. Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis, quoniam est honoris gloriae & virtutis domini, & qui est eius spiritus, super vos regnabit. Nemo autem vestrum patiat quasi homicida, aut fur, aut maleficus, aut alienorum appetitor. Si autem ut Christianus, non erubescat, glorificet autem dominum in isto nomine, quoniam tempus est, ut incipiat iudicium de domo domini. Si autem a nobis primum quod finis eorum qui non credunt dei euangelio. Et si vix iustus saluabit, impius & peccator ubi parebit. Itaque & hi qui patienter fidei creatori commendat animas suas secundum deum voluntate domini in benefactis. ¶ Nam (ut ait beatus Clemens praedictus, antecessor noster) similis est omnibus ecclesiae status nauis magnae, qui per undosum pelagus diuersis locis & regionibus viros portat, ad vnam potestatis regni urbem properare cupientes. Sit ergo nauis autor huius operis ipse deus, gubernator vero sit Christus, tum domini propter officium episcopi impleat, praesens byteri nautae, diaconi dispensatorum locum teneat, hi qui catechizant nautologis conferant. Epibatis autem totius fraternitatis multitudo sit similis. Ipsum quoque mare hic mundus habeat, ventorum vero varietates & turbinum diuersis tetationibus conferant, persecutiones, tribulationes siue pericula fluctibus exequentur. Terreni vero spiritus qui vel de torrentibus, vel de conuallibus spirant, pseudoprophetae & seductores seu prauae doctrinae verba docent, promotoria vero & loca cofragosa hi qui in potestatibus seculi sunt iudices, & pericula minant ac mortes, Rithalassa vero loca qui duplicibus vnde fallacis aestibus verberant dubijs mente & de re promissionum veritate nutantibus conferant, atque his qui irratio nabili fide nostram ratione discutiunt, hypocrisis vero & dolosi pyratibus filis habeant, iam vero rapidus vertex & tartarea charybdis & saxis illisa naufragia ac mortiferae submersiones quid aliud aestimanda sunt quam peccata. Restat igitur ut haec nauis cursu prospero tuta possit portum desiderate vrbem intrare, & ita domino peccata fundere, ut nauigantes mereant audiri. ¶ Audiuimus fratres quod quidam detrahit & accusant sacerdotes domini, cupientes eos danari, non intelligentes forsitan quod iniuria sacerdotum ad Christum pertinet, cuius vice funguntur. Nec hoc aspiciunt quod beatus Petrus princeps apostolorum, instructor noster ait: Deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum & simulationes & inuidias & omnes detractiones, sicut modo geniti infantes rationabiles sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem, & dominus per prophetam inquit, qui vult vitam diligere & videre dies bonos, coerceat linguam suam a malo, & labia eius ne loquantur dolum, &c. Qui autem ista transgrediuntur, profecto transgressores legis domini & contemptores atque inobediētes eius preceptis existunt. Vnde & beatus Iacobus apostolus ait: Si diligitis proximos sicut vos ipsos, bene facitis. Si autem personas accipitis, peccatum operamini, redarguti a lege quasi transgressores &c. Et beatus ac praedecessor noster Clemens vir apostolicus & spiritu domini plenus vnam cum reliquis sanctis collegis suis statuit, dicens: Accusandi vel testificandi licentia denegetur omnibus qui Christianae religionis & nominis dignitatem & suae legis vel sui, propositi normam aut regulariter prohibita neglexerunt. Transgressores enim sponte legis suae, eiusque violatores & recedentes apostatae nominentur. Omnes enim apostatae refutandus est ante reuerentiam suam, non in accusatione recte agendum, aut testimonio suscipiendus quia vir duplex animo inconstans est in omnibus vijs suis. Quicumque autem (ut ait apostolus Iacobus) totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est reus omnium. Qui autem dixit, non moechaberis, dixit, & non occides. Quod si non moechaberis, occidas autem, factus es transgressor legis, sic loquimini & sic facite, sic per legem libertatis incipientes iudicari. Iudicium enim sine misericordia fiet illi qui non fecit misericordiam, superexcellit autem misericordia iudicio, & dominus ait: Nolo mortem peccatoris, sed ut magis conuertatur, & viuatur. Et multa talia horum scripta. Nemo enim (inquit apostolus) vestrum sibi viuit, & nemo sibi moritur, siue ergo viuimus siue morimur, domini sumus. In hoc enim Christus mortuus est & reuixit, ut & viuorum & mortuorum dominus esset. Tu autem quod iudicas fratrem tuum, aut tu quod spernis fratrem tuum: Omnes enim stabunt ante tribunal domini, scriptum est enim: Viuo ego dicit dominus, quoniam steterunt mihi omne genu, & omnis lingua confitebitur domino. Itaque vnusquisque vestrum per se rationem reddet domino. ¶ Non ergo amplius inuicem iudicemus, sed hoc iudicate magis, nec ponatis offendiculum fratri vel scandalum. Scimus enim quia multa derogatio praevalet, quam derogator credit fide dignus, ideo fratres varijs detractionibus & accusationibus non oportet labefactari iudices & primates ecclesiae, sed magis apostolorum & doctorum

Decreta Anacleti pape.

Et regis informari & roborari, unde iustum est omnes in uniuerso Romanorum orbe doctores legis, ea que legis sunt recta sapere & operari, & non regulas nascetur ecclesie confundi, aut fide aut doctrina apostolorum varijs maculare doctrinis nec fratres infestare. Si autem omnia in hoc seculo vindicata essent, locum diuina iudicia non haberet, superuacuis enim ad beneficia laborat impendens, qui solus certat facibus adiuuare, ideo si aliquis putat domino in hoc placere quod seruos suos accusat, & ut meliores fiant, dicit se hoc agere, in vanum laborat & plus inuidie stimulis agitur quam charitatis, quam gratie plenitudo adiectione non indiget, nec ulla requirit commendationis augmenta. Erigunt ergo doctores conscientias suas, & si quando incertis temporibus opponuntur, sustinent mala que seculis magis sunt ascribenda quam meritis, data enim scimus satanæ potestate, ut seruos Christi cribraret, ut quod de tritico inueniri posset, horreis ingereretur, & quod de paleis ad ignem alimeta transfret, ad vos specialiter dictum est. Nolite timere pusillus grex, placuit patri vestro dare vobis regnum, venit inter vos gladius perfidorum, ut marida ecclesie membra refecaret, & ad celestem gloriam perduceret. Quos habet Christus milites, certamen ostendit, quod triumphum mereant per bella cognoscunt. Scimus autem multos ob id infestare doctores, ut eos perdant & propriae voluntatis placita adimpleant. Non propterea tamen doctores in quantum vires suppetunt ad rectam emulationem, & bona intentione recedere debent, sciens quia beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, nihil autem illo est pastore miserius, qui luporum laudibus gloriam. Quibus si placere voluerit atque ab his amari delegerit, erit hinc omnibus magna pernicies. Nullus ergo pastorum placere lupis & gregibus omnium potest, perdit enim laboris memoriam mens terrenis obligata carceribus. Sicut artificium in suo opere inuenit mater infamia, ita nouerca eruditio est negligentia. Nullus ergo praedictum alteri faciat, neque quod sibi fieri non vult exerceat. Nemo dicitur de aliquo inueniat, quod in eius actibus non agnoscat. Ego autem labefactam, non solum quietem meam, sed & salutem inimicorum valitudine & rumorum procellis agnosco, potens est diuinitas immensa tempore incerta bono serenitatis amouere. Et quod aliud si Christus passus est pro nobis, nobis relinquens exemplum, ut sequamur vestigia eius, & apostoli passi sunt, sequentes eius exemplum, & reliqui patres, nisi ut sequamur vestigia eius, tamen doctrinam eorum quae exemplum, & patiamur aduersa pro Christo, & cum patribus atque cum fratribus crucem portemus, eorumque tribulationibus compatiamur, ut Christi veri discipuli inueniamur, qui dixit, qui vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me, & reliquum, presumptio est si dominorum beneficia famuli non sequantur.

C Obsequium ergo aestimandum puto, quod pariturus impendo. Quid enim quod plus creditur filij vocabulum valere quam obsequium, & non quaeritur quod in amoris lance promoueas, sed quale ad praedictum aestimandi nomen apponas, cum apud prudentes frustra sobole diximus, nisi exhibeat quod videtur. Ego vero volo errore meo alienas culpas asserere, ut factum quod doleo admisisse conuincar. Odisti (inquit dominus per prophetam) omnes operantes iniquitatem, perdes loquentes mendacium, Vis sanguinum & dolosum abominabit dominus, ego autem in multitudine misericordiae tuae introibo in domum tuam, adoraboque in templo sancto tuo, in timore tuo. Domine deduc me in iustitia tua propter incitatores meos, dirige ante faciem tuam viam meam, non est enim in ore eorum rectum, interiora eorum infidiae. Sepulchrum patens est guttur eorum, linguam suam lenificat condemna eos deus, decidant a consilijs suis, iuxta multitudinem scelestorum eorum expelle eos, quoniam prouocauerunt te. Et laetent omnes qui sperant in te, in aeternum laudabunt nomen tuum. Et proteges eos, & laetabunt in te qui diligunt nomen tuum, quoniam tu benedices iusto. Domine ut hasta placabilitatis coronabis eum, deo enim sacrificantes perfecte, non debent vexari, sed portari, communi solari, atque ab hominibus venerari. Ipsi autem quando domino sacrificant non solum hoc agere debent sed testes secum adhibeant, ut domino perfecte in sacratis deo sacrificare locis probentur. Ait namque autoritas legis diuinae, vide ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris, sed in loco quem elegit dominus deus tuus. Episcopus domino sacrificans, testes (ut fixum est) secum habeat, & plures quam alius sacerdos. Sicut enim maioris honoris gradu fruit, sic maioris testimonij incrementatione indiget. In senioribus quippe diebus aut septem, aut quatuordecim, aut tres diaconos, quae eius oculi dicunt, & subdiaconos, atque reliquos ministros secum habeat, qui sacris induti vestimentis in fronte & a tergo, & presbyteri in regione dextra leuamque contrito corde & humiliato spiritu ac prono stent vultu, custodientes eum a maliuolis hominibus, & consensum eius praebent sacrificio, peracta autem consecratione, omnes communitatem qui noluerint ecclesiasticis carere liminibus. Sic enim & apostoli statuerunt, & sancta Romana tenet ecclesia. Seruite (inquit dominus per prophetam David) in timore, & exultate ei cum timore, adorate pure, ne quando irascatur, & pereatis de via. Ille enim non perit de via qui recte graditur, & praecipua custodit maiorum. Doceri ergo omnes oportet qui domini sacerdotio funguntur, ut caeteros instruant & sibi proficiant, scriptum est enim: Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellae in perpetuas aeternitates. Et abili. Populus autem sciens dominum suum obtinebit & faciet, & docti in populo docebunt plurimos, ipsa enim veritas

ritas per se infert & dicit: Beatus qui nō fuerit scandalizatus in me, ille proculdubio scandalizatus est in deū q̄ recte nō docet, & qui eius scandalizat episcopū vel sacerdotē. Impie namq; agētes sunt impij, neq; intelligunt oēs impij, porrō docti intelligēt, oēs enim inuicē humilitatem insinuate, q̄a deus superbis reficit, humilibus autē dat grām. Nolite (inquit Iohānes apostolus) omni spūi credere, sed probate spūs si ex deo sunt. Quoniā pseudopropheta exierunt in mundū. Et idē ipse alibi ait. Vos quod audistis ab initio, in vobis permaneat, si in vobis permanerit quod ab initio audistis, & vos in filio & patre manebitis. Et hęc est repromissio quā ipse pollicitus est vobis vitā æternā, hęc scripsi vobis de his q̄ seducūt vos. Et vos vnctio quā accepistis ab eo maneat in vobis. Et nō necesse habetis vt aliquis doceat vos, sed sicut vnctio eius docet vos de oibus & vez̄ est, & nō est mendacium, & sicut docuit vos, manete in eo. Et nūc filioli manete in eo, vt cū apparuerit habeamus fiduciā, & nō cōfundamur ab eo in aduentu eius. Si scitis qm̄ iustus est, scitote qm̄ & oīs qui facit iustitiā, ex ipso natus est. Videte quālē charitatem dedit nobis pater, vt filij dei noiēmur & simus, propter hoc mundus non nouit nos, q̄a nō nouit eū, Charissimi nūc filij dei sumus & nondū apparuit qd̄ erimus. Scimus quoniā cū apparuerit, similes ei erimus, qm̄ videbimus eū sicuti est. Et oīs q̄ habet spem hanc, iō sanctificat se, sicut & ille sanctus est. Omnis qui facit peccatū, & iniquitatē facit, & peccatū est iniquitas, & scitis q̄a ille apparuit vt peccata tolleret, & peccatū in eo non est. Omnis q̄ in eo manet, nō peccat, & oīs qui peccat, non vidit eū, nec cognouit eū. ¶ Filioli nemo vos seducat

A Qui facit iustitiā, iustus est, sicut & ille iustus est. Qui facit peccatū ex diabolo est; qm̄ ab initio diabolus peccat, in hoc apparuit filius dei, vt dissoluat opera diaboli. Omnis q̄ natus est ex deo, peccatū non facit, quoniā semina ipsius in eo manet, & nō potest peccare, quoniā ex deo natus est. In hoc manifesti sunt filij dei & filij diaboli. Oīs q̄ non est iustus, nō est ex deo, & q̄ nō diligit fratrem suū, quoniā hęc est annuntiatio quā audistis ab initio, vt diligamus alterutrū, nō sicut Cain q̄ ex maligno erat, & occidit fratrem suū, & propter hoc occidit eū, quoniā opera eius maligna erant, fratris autē iusta. Nolite mirari frēs si odit vos mundus. Nos scimus quoniā translati sumus de morte ad vitā, q̄a diligimus fratres, q̄ non diligit manet in morte, oīs q̄ odit fratrem suū, homicida est. Et scitis quoniā oīs homicida nō habet vitā æternam in semetipso manentē. In hoc cognouimus charitatē dei, quoniā ille pro nobis animā suā posuit, & nos debemus pro fratribus aias ponere. Qui habuerit substantiā huius mundi & viderit fratrem suū necessitatē habere, & clauerit viscera sua ab eo, quomodo charitas dei manet in eō? Filioli nō diligamus verbo, neq; lingua, sed opere & veritate. In hoc cognoscimus qm̄ ex veritate sumus, & in cōspectu eius suadebimus cordi nostro, quoniā si reprehēderit nos cor nostrū, maior est deus corde nostro, & nouit oīa. ¶ Charissimi, si cor nostrū non reprehēdit nos fiduciā habemus ad deū, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo, si mandata eius custodimus, & ea q̄ sunt placita coram eo facimus. Et hoc est mandatū eius, vt credamus in noīe filij eius Iesu Christi & diligamus alterutrū, sicut dedit mandatū nobis. Et qui seruat mandata eius in illo manet, & ipse in eo, & in hoc scimus qm̄ manet in nobis de spū quem dedit nobis, & sicut deus creator q̄ hominem ad similitudinē suā creauit, est charitas, est bonus, iustus, patiens, atque mitis & misericors, & cætera sanctarū virtutum insignia, quæ de eo leguntur, ita homo creatus est, vt charitatē haberet, vt bonus esset & iustus, vt patiens atq; mitis, mundus, & misericors foret. Quas virtutes q̄to plus quisq; in seipso habet, tāto propius est deo & maior est, ac sui cōditoris gerit similitudinē. Si vero (qd̄ absit) aliquis p̄ deū vitioꝝ & diuortia criminum ab hac nobilissima sui cōditoris similitudine degener aberrat, tunc fiet de eo quod scriptū est. Homo cū in honore esset nō intellexit, cōparatus est iumētis insipientibus, & similis factus est illis. Quis maior honor potuit homini esse q̄ vt ad similitudinē sui factoris cōderet & eisdē virtutū vestimētis ornaret, quibus & conditor de quo legit. Dñs regnauit decorem indutus est id est, omnium virtutum splendore & totius bonitatis decore ornatus, vel quod maius homini potest eē dedecus aut infelicioꝝ miseria q̄ vt hac similitudinis gloria sui conditoris amissa, ad informē & irrationabilem brutorū, iumētōꝝq; similitudinē delabatur. Quapropter quisq; diligētius atēdat primæ cōditionis suæ excellētiā & venerandā sanctæ trinitatis in seipso imaginē agnoscat, honorēq; similitudinis diuinæ ad quā creatus est nobilitatē moꝝ, executionē virtutū, dignitatē meritoꝝ habere cōtendat, vt qm̄ apparuerit qualis sit tunc similis ei appareat q̄ se mirabiliter ad similitudinē suā in primo Adā condidit, mirabilisq; in secundo reformauit. Oīs ergo homo qui ad imaginē dei factus est, illum debet imitari, cuius ad imaginem conditus est, illius debet sequi vestigia, qui eū ad imaginē sui condidit. Consiliariū vero ac p̄ rectorē meliorē reperire non poterit, q̄ illum qui eum ad imaginem sui condidit, qui eū pretioso sanguine suo redemit, & propter eū homo fieri nō est dedignatus, quē proculdubio intueniet si in eū totā spem iuxta Psalmistæ vocē proiecerit, ait nāq; proñce super dñm curam

C 2 tuam

Decreta Anacleti pape.

tuam, & ipse te enutriet, nec dabit in æternū fluctuationē iusto. Omnis em̄ homo in sua causa deficiens, & in suis hæsitās consilijs querit sibi amicū fidelē, in cuius consilijs confidat, q̄ in suis diffidebat, & talē fiduciā habet in illo, vt omne secretū sui pectoris ei pandat & aperiat.

C ¶ Quid dulcius est q̄ vt habeas illū cum quo oīa possis loqui vt tecum? Si ista cum hominibus fiunt, quanto magis cum deo hoc est agendū, qui omnes vult saluos fieri & neminem perire? Nā si veraciter deū credimus, eūq̄ diligimus vt debemus, & proximos sicut nosmetipsos in eū quoq̄ totā spem proiecerimus nostrā, ipse nos eripiet & consolabit. Et sicut per angelum suū Abacuch prophetā cū prandio in lacū leonū ad Danielē vatē misit, & Philippū vnū de septē diaconibus ad Eunuchū, ita dabit nobis cōsolationē & liberationē. ¶ Hæc sectamini charissimi, & nulli vnq̄ nocere. Fratres estis, inuicē vos diligite vt veri dei discipuli effici mereamini. Nā q̄ rancida corda viroz inficit, malitiā inter hoies spargit, & q̄ detrahit fratrem suum, hic homicida est. Et q̄ abstulerit aliqd̄ p̄ri vel matri, dicitq̄ hoc p̄ctm̄ nō esse, homicidæ partiiceps est. ¶ Pater noster sine dubio deus est, q̄ nos creauit: mater nostra vero ecclesia, q̄ nos à baptisimo sp̄ialiter regenerauit. Ergo q̄ Christi pecunias & ecclesiæ rapit, aufert, vel fraudat, homicida est, atq̄ homicida añ cōspectū iusti iudicis esse deputabit, q̄ rapit pecuniā proximi sui, iniquitatē operat, qui autē pecuniā vel res ecclesiæ abstulerit, sacrilegiū facit. Priuilegia em̄ ecclesiæ & sacerdotū sancti apostoli iussu saluatoris intemerata & inuiolata eius decreuerūt manere ip̄ibus. ¶ Leges ecclesiæ ap̄lica firmamus autoritate & pegrina iudicia submouemus, vnde & dñs m̄tionē faciēs Loth p̄ Moysen loquit, dicēs: Ingressus es (q̄ dā inquit) vt aduena nunqd̄ vt iudices: Vn aquæ q̄ puincia tā iuxta ecclesiasticas q̄ iuxta seculi leges suos debet iustos & nō iniquos habere iudices, & nō extremos, nisi apostolicæ sedis huius decreuerit autoritas, q̄tinus quicq̄ causam habuerit apud suos iudices iudicet & nō ad alienos caua vagādī stimulatē propter suā vitā despiciēs patriā trāseat. ¶ Sed ad duodecim eiusdē puinciae iudices, ad quos iudiciū oēs causæ ciuitatū referunt, deferat negotiū. Si autē fuerit ecclesiasticū ap̄d ep̄os interueniente primatē, siquidē maior causa fuerit, si vero minor metropolitano, si vero fuerit seculare apud eiusdē ordinis viros iudicio tā ep̄oz, cū ap̄us priuatoz christianoz causas magis ecclesiis deferri, & ibidem sacerdotali iudicio terminari voluit. Omnis em̄ oppressus libere sacerdotū si voluerit appellet iudiciū & à nullo prohibeatur, sed ab his fulciat & liberetur. Si autē difficiles causæ aut maiora negotia orta fuerint, ad maiorē sedē referantur, & si illic facile discerni nō potuerint aut iuste terminari, vbi fuerit summorū congregata congregatio, quod per singulos annos bis fieri solet & debet iuste & deo placite corā patriarcha aut primatē ecclesiastico & corā patricio secularia iudicent negotia in cōmune. Quod si difficiliores ortæ fuerint quæstiones aut ep̄oz vel maiorū iudicia aut maiores causas fuerint ad sedē apostolicā si appellatū fuerit, referant, qm̄ apostoli hoc statuerunt iussione saluatoris, vt maiores & difficiles quæstiones semper ad sedē deferantur apostolicā, super quā Christus vniuersam cōstruxit ecclesiā, dicente ipso ad beatum principē apostolorū Petrū. Tu es (inquit) Petrus, & super hanc petrā ædificabo ecclesiam meā, & reliqua. Sit ergo fratres cōstātia nostra aduersus contentiones eoz q̄ aduersa sapiunt & non quæ dei sunt sapiunt, & erit fortior petra cōstātia nra, sicut scriptū est, ne timueritis ab eis, neq̄ terreamini à facie eoz; qui corpus occidunt, animā autē nō possunt occidere. Quod autē in aure auditis, p̄dicate in lumine, illū timentes qui potest animā & corpus occidere, & mittere in gehennā. ¶ Fratres mei in carne ambulantes non secundū carnē militamus. Arma em̄ militiæ nostræ, non carnalia, sed potentia deo ad destructionē munitioū consilia destruentes & omnē exaltationē extollentē se aduersus scientiam dei, & in captiuitatem redigentes omnē cogitationē in obsequium Christo perducentes. De cætero fratres confortamini in dño & in potentia fortitudinis eius, vt pax vobis multa & grā à deo & dño nostro Iesu Christo ministret. Amplectimur & osculamur ac si p̄sentes charitatē vestrā in vnitatē sp̄us, in vinculo pacis, & charitatis Ch̄i. Propter qd̄ charissimi expectantes, satagate immaculati & inuiolati inueniri in pace, & dñi nostri longanimitatem salutē arbitramini. Sicut & charissimus noster Paulus secundū datā sibi sapientiā scripsit vobis sicut & in oibus ep̄istolis loquens in eis de his, in quibus sunt quæ dā difficilia intellectu, quæ indocti & infstabiles deprauant, sicut & cæteras scripturas ad suā perditionē. Vos ergo fratres præscientes custodite ne insipientiū errore traducti excidatis à propria firmitate. Crescite vero in grā & cognitione dñi nostri Iesu Christi & saluatoris. ¶ Vos autē charissimi memores estote verborū, quæ prædicta sunt ab apostolis dñi nostri Iesu Christi, q̄ dicebant vobis quoniam in nouissimo tempore venient illufores secundū desideria sua ambulantes in impietate, hi sunt qui segregant semetipsos animales sp̄m̄ non habentes, vos autē charissimi superædificātes vosmet ipsos sanctissimæ vestræ fidei in sp̄u sancto orantes. Ipsos vos in dilectione dñi seruate expectātes misericordiā dñi nostri Iesu Christi in vitā æternā. Et hos quidē arguite iudicatos, illos

vero

vero saluate de igne rapientes, alijs aut miseremini in timore odientes eā q̄ carnalis est maculata tunicā. Ei aut qui potens est vos conseruare sine peccato, & cōstituere an̄ cōspectū gloriæ suæ immaculatos, in exultatōe soli deo saluatori n̄ro p̄ Iesum Christū dām nostrę gloria, magnificētia, & imperiū, & potestas ante oīa secula nūc & per oīa secula seculorū. Amen.

Item epistola Anacleti pape. De ordinatione

Archiepōrū, & reliquorū epōrū, atq; sacerdotū, De fide, cæterisq; causis.

Anacletus episcopus vniuersis episcopis in Italia constitutis. Quoniā apostolicę se-
dis debitā reuerentiā erga me charitas vestra distribuit, q̄a plurimū charissimi filij
præbuis. Nā licet ecclesię in qua sanctus ap̄tus residens docuit quodāmodo nos
gubernacula teneamus, tñ profitemur nos honore & sanctitate minores esse, & p-
pterea omnino festinamus, vt ad gloriā eius beatitudinis peruenire possimus. Igitur consulta
tionibus vestris plenius respondissemus si licuisset, sed infirmitatis ac reliquarū oppressiōnū
onere pressi breuiter prout dñs tribuit, & vt à beato Petro principe ap̄tologū sumus instru-
sti, à quo & presbyter sum ordinatus scribere vobis (sicut petistis) non denegauimus. ¶ Or-
dinationes episcoporū autoritate apostolica ab oibus qui in eadem fuerint prouincia episco-
pis, sunt celebrandę. Qui simul conuenientes scrutiniū diligenter agant ieiuniumq; cū om-
nibus celebrent precibus, & manus cū sanctis euangelijs, quę prædicaturi sunt imponentes,
dominica die hora tertīa orantes, sacraq; vnctiōe, exemplo prophetarū & regū capita eorū
more ap̄tologū, & Moyfi vnctentes, q̄a omnis sanctificatio cōstat in spū sancto, cuius virtus
inuisibilis sancto chrismate est permixta, & hoc ritu solennē celebrent ordinationem. Quod
si simul oēs conuenire minime potuerint, assensum tñ suis precibus præbeāt, vt ab ipsa ordina-
tione aīo non desint. Porro & Hierosolymitarū primus archiepiscopus beatus Iacobus qui iu-
stus dicebat, & secundū carnē, dñi nuncupatus est frater, à Petro, Iacobo & Iohanne ap̄osto-
lis est ordinatus. Successoribus videlicet dātes formā eorū, vt non minus q̄ à tribus episcopis,
reliquisq; oibus assensum præbētibus vllatenus episcopus ordinetur, & cōmuni voto ordina-
tio celebretur. ¶ Reliqui vero sacerdotes à proprio ordinent ep̄o, ita vt ciues & alij sacerdo-
tes assensum præbeant, & ieiunātes ordinationē celebrent, similiter & diaconi ordinent. Cæ-
terorū aut graduū distributiō triū veraciū testiū episcopi scilicet probatōe sufficere potest.
Accusatiō quoq; eorū super qua nos consulere voluistis nō nisi ab idoneis & probatissimis vi-
ris, q̄ & suspitiōibus & sceleribus careāt fieri debet, q̄a dñs sacri sui corporis tractatores à vi-
libus & reprobis & nō idoneis personis infamari noluit nec calūniari permisit, sed ipse p̄prio
flagello peccantes sacerdotes à tēplo eiecit, vnde liquet q̄ summi sacerdotes, id est, episcopi,
à deo sunt iudicādi, nō ab hūanis aut prauę vitę hoibus lacerandi, sed potius ab hoibus fide-
libus portandi, ipso dño exemplū dante, qñ per seipsum & non per aliū vendentes & emētes
eiecit de templo, & mensas nummulariorū & cathedras vendentiū proprio euertit flagello &
eiecit de templo. Et sicut alibi ait. Deus stetit in synagoga deorū, in medio autē deos decernit,
Et alibi. Ego dixi dñi estis & filij excelsi oēs, nullus em̄ (vt reor) inuenit inter nos qui velit suū
seruū ab alio q̄ à se iudicari. Quod si præsumptū fuerit, aut multa ipse indignatione irascit, aut
potius vltionē querit super eo. Si vero hoc inter homines agitur, quid putatis faciet deus deo-
rum, & dñs dominantū qui vltionem suorū promisit non differre seruorū. Vnde & ipse p̄ p̄-
phetam loquitur, dicens, Deus vltionū dñs deus vltionum libere egit, & reliqua. Et ap̄tologus
inquit. Tu q̄ es qui iudicas seruū alienum? suo enim dño stat aut cadit, & ipse. Nolite iudicare
inuicē, sed hoc iudicate magis ne ponatis offendiculū fratri vlt scandalum. Et dñs per prophe-
tam inquit. Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei. Nam si aliquis nunc in malum oculos
alicuius principis incipit tractare, manifeste reus maiestatis iudicā, & infamis efficit, aut po-
tius capitali sniæ subiacet. Hęc fratres valde cauenda sunt & q̄ homines nolunt sibi fieri deo-
deorū non debent inferre, ne forte irascatur dñs, & faciat vindictā eorū, etiam in eos qui non
peccauerunt, q̄a perit sapiissime iustus pro impio. Imitandus est etiā propheta, per quem dñs
ait. Perambulabo in simplicitate cordis mei in medio domus meę, non proponēbā corā ocu-
lis verbū os Belial, detrahentē in abscondito sodalem suū, hunc interficiēbā, & hi cauēdi sunt,
de q̄bus Salomon ait. Sicut noxius est q̄ mittit lanceas & sagittas in mortē, sic vir q̄ fraudulen-
ter nocet amico suo, & cū fuerit deprehensus, dicit, ludens feci, sicut carbones ad prunas, & li-
gna ad ignē, sic hō iracundus suscitāt rixas, verba susurrōnis qua simplicita & ipsa perueniūt ad
intima ventris. Et si detractores quorūq; grauit̄ iudicantur & in perditōis laqueū cadunt,
multo magis laceratores & detractores atq; accusatores memoratorū eius famulorū atq; ple-
cutorū

Ordo accusationis.

